

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Peter Hinckelmann Johannes Redeker

**De Papismo Disputatio Anasceuastica Decima. Continens praecipuos Romanae  
Synagogae errores refutatos, quos ea foveat in loco De Discrimine Legis Et  
Evangelii**

Rostochii: Litteris Reusnerianis, 1607

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756803322>

Druck Freier  Zugang



P. Kirkman.  
R. U. theol. 1607. 8.

	Contenta	
①	Joh. Linselius, de loco uno et vero	1607
②	Joach. Henningius, de communicatione maiestatis	1607
③	Joach. Fischerus, de peccato originali	1607
④	Heid. Kirchovius, de arbitrio boni et	1607
⑤	Joh. Redekerius, de discriminatione legis ev.	1607
⑥	Herrn. Textorius, de justificatione	1607
⑦	Joach. Jordanius, de bonis operibus	1607
⑧	Joh. Lutetius, de sacramentis	1608
⑨	Joach. Henningius, de sacramento coenae	1608
10	Heid. Kirchovius, de sacr. confirmationis	1608
11	Joh. ab Huda, de traditionibus	1608
12	Paul Brinio, De votis monachis	1608
13	Nic. Fridericus, de adiaphoris	1608
14	Herrn. Hamerius, De oratione	1608
15	Petri. Loft, de indulgentiis	1608
16	Joh. Albinus, de morte	1608

1. L

DE PAPISMO  
DISPUTATIO ANASCEVASTICA  
DECIMA.

*Continens præcipuos Romanae Synagogæ erro-  
res refutatos, quos ea fovet in loco*

De

DISCRIMINE  
LEGIS ET EV.  
ANGELII.

*Reverende facultatis Theologicae in Academia  
Rostochiensi consensu:*

Moderatore & Doctore S. S. Spiritu:  
Sub Praesidio

*M. PETRI HINKELMANNI*  
*Verbi Divini ministri:*

*ad privatam ouȝt̄n̄ proposita*

*IOHANNE REDEKERΟ*  
*Hervordiensi Westph.*

*Horis locoq; solitiis, 3. Idus Novemb.*

ROSTOCHII,  
Litteris Reusnerianis An. 1607.

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15



DISPV TATIO X.  
DE LE GE ET  
EVANGELIO.

Προλεγόμενα.

I.

**D**iscessis tenebris errorum Pontificiorum de Concilijs, & clara luce veræ ac sana doctrina parfacta, jam ordine proximo sequitar, ut latentes errores de Lege & Evangelio in lucem protrahamus, illos explicemus, siueos illorum nexus solvamus, & cum deponamus SS. Scriptura testimonij, tum evidenter rationibus refutemus.

II. Hac doctrina squidem non optimè ac verè perspecta probè intellecta, & ab erroribus enucleatè purgata ac vindicata, locus de justificatione, quem subjungemus in sequente συγγένει, intelligi non potest, & nos salutis nostra incerti reddimur.

III. Ut enim maxima utilitas ex cognitione discriminis Legis & Evangelij, in Theologia oboritur, ita ut D. Lutherus illum perfectum Theologum, qui Legem ab Evangelio benè discernere noverit, audeat affirmare: Sic è contrario, quanto majores & quam densissimas tenebras & errores confusio ejusdem, in Ecclesia pariat, papatus sati supergredi testatur.

IV. Quare opere pretium erit, doctrinam Legis & Evangelij ab erroribus Pontificiorum vindicare, verum ac apertum discrimen commonstrare, ac perversa iudicia que de Lege & Evangelio conceperè, repellere & rejicere.

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14

V. Majoris vero perspicuitatis gratia, nos hanc ouçyn iuvant ventilantes, in tria subsequentia capita pertractandam proponemus.

I. De discrimine Legis & Evangelij.

II. De impletione Legis.

III. De promissionibus Legis & Evangelij.

### CAPUT PRIMUM..

De discrimine Legis & Evangelij.

#### Primus Error.

Triplex lex est: naturalis, Mosaica & Evangelica.

#### REFUTATIO.

I. Ut in omnibus articulis ad salutem nostram pertinentibus, aliquo errore adversarij nostri detinentur, & nullum locum doctrina, de Deo, per Prophetas & Apostolos traditum intactum inviolatum, relinquunt: ita & doctrinam de lege & Evangelio tacito pede non pratereunt, sed illam commiscent, & ex illa tanquam ex diversis simplicibus unum pharmacum conficiunt.

II. Quod pharmacum cum non parum detrimenti corpori Christi, quod est vera Ecclesia, inferat, sed tertos errores illi pariat, opera premium est commixtionem hujus pharmaci diluere, simplicia distingue-re, & uniuscujuslibet naturam introspicere, considerare & exponere.

a] Psa. 1, v. 2. III. Videntur vero heretici in distinctione hac proposita ludere  
Psa. 19, 8.9. iuworūpia vocabuli τερόν, quod non est ιωόζηον, sed multifariam à  
Esa. 2, 3. Prophetis & Apostolis usurpatum invenimus. Aliquando enim sumi-  
Rom. 8, 2. tur γενινῶς generaliter pro universa doctrina divinitus patefacta.  
Rom. 3, 27 Gal. 2, 19. b] Ioh. 10, 34 2. Pro toto veteri Testamento. b] 3. Pro lege Mosaica quatenus oppo-  
Gal. 2, 19. nitur novo testamento. c] Postremo & eidem speciatim pro rigore,  
b] Ioh. 10, 34 cap. 10, 1. quo lex omnes, in quibus aliquid vitij potest inveniri, sine mitigatione  
Luz. 2, 22. seu θνετικα damnationi subjicit. d]  
A&t. 23, 3. IV. His ita premisis, largimur quidem adversarijs, Evangelium  
d] Deut. 27, posse appellari legem, sed γενινῶς, quatenus vox legis in generali signifi-  
26. catione sumitur, non vero ιωός seu eidem, quatenus opponitur gra-  
Gal. 3, 10. tier, & denotat rigorem, & flagitat perfectam obedientiam, quam  
lex

lex requirit e[st], hac enim ratione impossibile est perfectam prestare e[st] Deut. 6,1.  
obedientiam legi. Luc. 10, 26,

27.

Matth. 5, 15.

Iacob. 2, 10.

Conc. Trid.

Seff. 6. Can.

21.

### Secundus Error.

Christus est novus legislator, qui perfectiorem & sublimiorem legem tradidit quam Moses.

### REFUTATIO.

I. Videntes adversarij, illam perfectionem legis moralis a Mose traditae, neminem unquam hominum assequutum suisse, neq[ue] ullum asse qui posse, alium legistorem querunt, eumq[ue] Christum esse affirmant, qui sublimiorem ac perfectiorem legem tradiderit, quam Moses. Sed neq[ue] Christum novum legistorem esse, neq[ue] perfectiorem legem, lege morali unquam tulisse, validissima Scriptura testimonia & ha subsecuentes rationes satis luculenter commonstrant.

II. Ex dictis quamplurimis, vel unicum hoc, satis super q[ui] Pontificiorum figura et veritatem: Lex per Mosen data est, gratia & veritas per Jesum Christum facta est. Et Christus ipse coram discipulis Matth. 11, 5, Johannis testatur, se pauperibus evangelizare, quod apud Esaiam Esai. 50, 4, de se predixerat filius Dei: Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare cum, qui lassus est verbo. Et Paulus inquit: Eph. 1, 9. Deus proposit nobis in filio suo mysterium voluntatis sue, scilicet non legis, sed evangelij, ut ovine textus ostendit.

III. Lex deinde est justitia Dei cum ipsius voluntate conjuncta, que obligat omnes homines, ad perfectam obedientiam prestandam, que justitia & voluntas Dei, cum immutabilis & perpetua sit, necessario sequitur, legem quoq[ue] immutabilem & perfectam esse, ita ut non possit abrogari neq[ue] nova lex substitui, sed juxta rigidam justitiae Dei normam, omnes homines ad obedientiam in perpetuum legi prestandam obligentur.

IV. Illam justitiam Dei, adversarij nostri, ubi Christum novum legistorem affirman, prorsus tollunt (Lex enim potior & perfectior imperfectionem tollit ac labefactat) quod a deo & impium est cogitare, nedum dicere vel affirmare.

A 3

Si etiam

V. Si etiam Christus novam & perfectiorem legem tulisset, formam legis moralis immutasset, que nova forma legis nullibi in sacris extat: neq; veteris legis meminisset, quod semper & ubiq; ab illo fa-

Matth. 5, 21. Etum, scriptura testima*na* indicant.

& seq. cap. VI. Non itaq; Christus novam legem tulit vel tradidit, sed legem 22, 37.

Luc. 10, 26, moralem contra depravationem Pharisaeorum (qui, ut hodierni Pontificij, justitiam coram Deo & vitam in impletione statuebant) explicavit, & illam, ad superbiam ac inanem sanctitatem repellendam ac refutandam, quam ex persuasione impletionis legis contraxerant, declaravit, ut ex Matth. cap. 5, 6. & 7. dilucide appareat.

### Tertius Error.

Lex per Mosen tradita non est perfecta, sed Evangelica lex est perfectior. Alia lex vetus est, alia à veteri & dicitur nova; illa est paedagogus puerorum, hæc vero est lex perfectionis. Et omnes differentiæ, quas ponunt doctores inter legem veterem & novam, hoc ostendunt: quod differunt sicut perfectum & imperfectum, & sic nova lex continetur in veteri, sicut frumentum in spica.

### REFUTATIO.

I. En ipudens os Pontificiorum, qui Deum ipsum summè perfectum, suis ratiocinationibus imperfectionis arguunt, mirum nū cœlum ipsum expugnare eggrediantur. Legem veterem quam decalogum seu legem moralē putant (siquidem illa est vetustissima & ab omni aeternitate) imperfectam dicunt, cum si immota sapientia & regula justitiae in Deo; omneq; discrimen inter legem & Evangelium ponunt in perfectione & imperfectione.

II. Sed ut adversarij crassâ suâ, vel potius, si Dijs placet, subtili argumentatione, qua ratione nulla est, semper decipiuntur, ita & hic illos fallaciâ causarum deceptos cernimus, cum illud, quod per accidens legi accedit, per se ei inesse falso existimant: non enim est per se lex imperfecta, sed nos, quos obligat lex ad perfectam obedientiam, imperfecti.

Rom. 7, 12.

Psal. 19, 8.

fecti sumus. Atq. sic respectu nostri imperfecta dicitur, quia nos  
eam perfecte implere, & perfectam ex ea justitiam consequi non vale-  
mus.

III. Esse verò legem in se perfectissimam atq. perfectissimè tradi-  
tam, ita ut ad veterem & veram illam sententiam nihil addi, nihilq.  
illi detrahi possit, patet 1. Ex summa legis <sup>a)</sup>: Diliges Dominum <sup>a) Deut. 6,5.</sup>  
Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua; & ex omnibus vi-<sup>Levit. 19,18,</sup>  
ribus tuis. 2. Ex explicatione legis à Christo facta, <sup>b)</sup> 3. Ex dictis <sup>Luc. 10,27.</sup>  
Scripturae alijs. Rom. 7, v. 14. Psalm. 19, v. 8, Matth. 5, v. 47. Le- <sup>b) Matt. 5,23</sup>  
vit. 19, v. 2. 1. Pet. 1, v. 16. & seq.

IV. Novum porrò Evangelium respectu legis esse ex capit. 2, v. 27.  
Genes. patet, verùm non ita recens & novum ut Pontificij volunt,  
quod in veteri testamento non fuerit traditum, sed exhibito Christo  
primum cœperit: cum Evangelium statim post lapsum, protoplastis in  
semine promisso traditum sit, & usq; ad hæc nostra tempora in veris  
Ecclesijs propagatum.

V. Neg. est à veteri, id est, à lege naturæ ac morali, tanguam à  
causa efficiente aut materiali. Lex enim in prima creatione mundi  
ante lapsum homini cum rigore indita & promulgata fuit: quo unq;  
dicederis de fructu arboris, morte morieris, que fuit summa justitia <sup>Gen. 2, 18.</sup>  
Dei, quam erga hominem exercere voluit. Quamprimum vero ho-  
mo deceptus caliditate serpentis laberetur, ad misericordiam Deum  
deflexit, ut dulcissima voce evangeliū rigida sua justitia lege expressa  
opposita, promissionem letissimum de semine mulieris constituro caput  
serpentis, promulgaret.

VI. Ex quo luce meridiana clarissimus elucescit, evangelium non esse  
ex veteri lege, sed à Deo promulgatum & traditum: maximumq;  
discrimen legis & evangeliū, non in perfectione & imperfectione, sed  
in rigore justitia, quam lex requirit, & in mera Dei misericordia,  
quam Evangelium promittit, consistere.

### Tertius Error.

Lex imposuit opera, sed non largita est gratiam ea  
implen-

implendi: Evangelium etiam opera injungit, est enim  
Evangelij: si vis vitam ingredi, serva mandata; sed addit  
gratiam & vires implendi.

## REFUTATIO.

I. Hoc non est discernere sed confundere legem & Evangelium.  
Lex enim in illo tantum occupata est, ut prescribat ac flagaret perfe-  
ctam obedientiam erga omnia mandata Dei. Evangelium vero nihil  
de operibus praecepit, neque rigidam illam censuram exercet, sed tantum  
doctrinam de remissione peccatorum, de gratia Dei, de justitia coram  
Deo, & de vita aeterna propter Christum per fidem tantum donanda,  
proponit.

a] Rom. 10. II. Huic nostrae assertioni apertissima suffragantur testimonia:<sup>a]</sup> Mo-  
v. 5. 6. 7. ses describit justitiam, quae ex lege est, qui fecerit haec vivet in eis.

Quia autem ex fide est justitia sic dicit: si confitearis in ore tuo Domini-

b] Act. 15. 10. num, & in corde tuo credideris, quod Deus suscitavit eum ex mor-  
Esa. 61. v. 1. tuis, salvus eris. Matth. 5. v. 18. Iota unum, aut unus apex non pra-  
Eph. 2. 8. 9. teribit a lege donec omnia fiant. Rom. 1. v. 16. Evangelium est po-  
Tit. 3. v. 4. tentia Dei ad salutem omni credenti. b]

Gal. 2. v. 16.

III. . Falsam quoque interpretationem, citati ab adversariis dicti, ou-  
verteat textus ostendit. Christus enim semper praevidens, perversum  
judicium phariseorum de se, & caliginosam ignorantiam propria sa-  
lutis, quam ex impletione legis sibi acquirendam esse censebant, pro-  
illorum concepta opinione se illis accommodavit, ut sua imperfectionis  
& ignorantiae convicti vel converterentur, vel inexcusabiles redde-  
rentur. Phariseo itaque quarenti ex lege: quid boni faciam, ut ha-  
beam vitam aeternam Christus etiam juxta legem, non vero evange-  
lium respondit: c) Si vis vitam ingredi serva mandata, quae nosti: non  
mactaberis, non occides, &c. quae non sunt Evangelij, sed verba  
legis.

c) Matth.  
19. 17.  
Luc. 18. 18.

IV. Si insuper Christus hoc de Evangelio dictum voluisse, sibi ipsi  
contradixisset, quando omnem spem & fiduciam salutis nostra, inse-  
solam collocandam, se unicam viam, per quam ad patrem nobis aditus  
pateat, esse, nos abunde docet. Ioh. 3. v. 15. & 14. v. 6.

Caput

## CAPUT SECUNDUM

De impletione legis.

### Primus Error.

Non tantum homo in hac vita legem implere potest,  
sed etiam plura opera quam lex requirit supererogare.

### REFUTATIO.

I. Falsam imò quam falsissimam hanc è rego doct. ex adversariorum (nos plus præstare posse quam lex requirat) esse, vel unicus Paulus, pañim locorum in suis epistolis factis abunde testatur, quando dñs apvr impletat legem in homine, prorsus sublatam ac deletam afferit. Rom. 3. v. 10. 11. 12. c. 7. v. 15. 23. c. 8. v. 3. 7. Gall. 3. v. 10.

II. Cum igitur perfectam obedientiam homo, propria dñs apvri, ac proprijs viribus legi præstare non possit, propter vires implendi legem, in homine prorsus labefactatas ac imminutas, multò minus plura præstare, quam lex requirit, poterit. Sed ut in alijs, sic & hic amentiam & perversum iudicium adversariorum merito miramur & detestamur.

III. Ad stabilendum verò hunc suum errorem, adversarij inter alia, hac quoq; subsequentia S. S. scripture dicta, pro propugnaculo adhibent: Si que præterea super erogaveris ego quam rediero reddam. Luc. 10. 35. Item: Adimpleo ea, qua desunt passionum Christi in carne mea, 1. Cor. 1. 24. pro corpore ejus, quod est Ecclesia. Item: quod ex paupertate opus supererogationis efficiant, ex dicto illo: si vis perfectus esse, vade & Matth. 19. vende omnia que habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in calo.

IV. Quod vero primum adversariorum propugnaculum, quo suum errorem protegere conantur, attinet, ex scopis dissolutis illud construtum esse communerabimus. 1. Christus enim ibi tantum charitatem Samaritaní amplificat. 2. loquitur de operibus indebitis officij, ad quæ, quæ ratione officij non obligatur, non verò de operibus indebitis fidei, quæ nulla sunt. 3. Quòd etiam Christus suam mensem (hominem vide- licet nihil supererogare posse) apertius declararet, hoc dictum condi-

B

tionali-

tionaliter protulit, quam conditionem dilucidius, Luc. 17. v. 10. explicat, quando dicit: *Quum feceritis omnia que precepta sunt vobis, dicite servi inutiles sumus.*

V. Secundam illorum propugnaculum, nullo fundamento nititur; non enim Paulus de perfecta legis impletione, multò minus de operibus supererogationis, sed de perpeccione & perseguitione, quas propter confessionem & predicationem Evangelij sustinuit, tanquam membrum mystici corporis Christi, loquitur. Ab impletione legis verò, se longissimè abesse affirmat. Rom. 7. v. 15.

VI. Aperio de paupertate adversariorum, quam inter opera supererogationis connumerant, quam sit futilis & nullius momenti, res ipsa indicat. Paupertas siquidem est cum necessitate conjuncta, & contra voluntatem semper (nisi sit simulata paupertas ut monastica, qua sub prætextu aliquo, omnium fermè rerum superfluentiam habet) homini obtingit. Bonum verò opus promptum & voluntarium esse debet, & ita paupertas per se ne quidem inter bona opera annumerari potest.

VII. Quod verò dictum Matth. attinet, voluit eo Christus, juvenis inflatisimul & hypocritici explorare obedientiam eis, suam imperfectionem exprobrare: non itaq; mens Christi est, omnes homines qui Deo placere, & vitam aeternam adipisci velint, bonis corporalibus se exuere debere, si id enim sequeretur, nullus divitum esset sub gratia ac salvaretur; sed ne dextritia pluris estimarentur quam Christus & verbum ipsius, neq; illi praferrentur præcavit ac prohibuit.

### Secundus Error.

Quædam peccata, contra quæ lex tonat ac fulminat, adeò sunt per se levia, ut factores, nec sordidos nec impios nec malos reddere possint. Non enim omnia sunt verè ac propriè peccata, quæ lege Dei arguuntur, primi enim motus concupiscentiæ sunt extra moxam, nam illa quæ lex concionatur de perfecta integritate ex toto corde, &c. ita ut nulla sit mala concupiscentia, ad nos qui in hac

hac mortali vita versamur, non pertinent, ideo non est  
timendum, ne lex nos accuset, quod illam integritatem  
præstare non possumus, quia illa rigida norma, obligat  
non nos in terra, sed illos in altera vita.

### REFUTATIO.

I. Hunc errorem pontificiorum, phariseis tempore Christi, quo suam  
hypocriticam sanctitatem sarcinam tectam conservarent, quoq; commu-  
nem fuisse ex s. cap. Matth. v. 20. & sequentibus liquet. Finxerunt  
enim sibi tam distinctionem; quadam esse magna mandata, ut de pec-  
catis crassioribus, homicidij, adulterij & perjurij, quadam minima,  
quorum transgressionem Deus non curat, ut interiores affectus aber-  
rantes à lege Det.

II. Sed nos contra hunc pharisaismum cum Christo, ore veritatis sta-  
tuimus: omnia & singula peccata, cùm externa quām interna, qua tam  
cognitionibus & interno cordis motu, quām externis membris per-  
petrantur, homines polluere, illos sordidos & impios reddere, &, nisi  
facta fuerit anod Deum per Christum reconciliatio aeternam mortem  
procul habeat, quod in illis bonis renatorum operib; &  
cusare ac damnare possit, si Deus in judiciu  
pronoscet: serne.

Rom. 7, 14. illam imperfectionem dicit sibi malum adjacere : miserum se esse. & in  
15, 23. corpore mortis, ut non quare velit faciat.  
Gal. 5, 17.

V. Faciunt deniq<sup>z</sup> ad convellendum adversariorum pharisaismum,  
& nostram veram sententiam stabiliendam, hac subsequentia dicta  
Ioh. 7. v. 19. Act. 7. v. 38. v. 53. Prov. 20. v. 9. Matth. 5. v. 15.  
Luc. 10. v. 17. Iaco. 2. v. 10. Rom. 8. v. 3. Esa. 64. v. 4. v. 25. 1.  
Ioh. 1. v. 8.

VI. Neg<sup>z</sup> legem ad illos in altera vita pertinere ex sententia Christi  
Luca 20. v. 35. 36. colligi potes<sup>t</sup>, ubi illos in altera vita  
iustificat, id est, pares angelis pronunciat, & Paulus affirmat  
iustis non esse legem positam ; qui maximè sunt in cælis, peccatis mor-  
tui & Deo perfecte sine lege servientes. Ex quo sequitur legem ad  
illos in altera vita non pertinere.

### Tertius Error.

Catechism. Si quis dixerit Dei præcepta homini iustificato sub  
Rom. f. 337. gratiam constituto, ad servandum esse impossibilia, a-  
nathema sit. Legis enim impletio, non tantum possibi-  
lis, sed .

verò gravissima, immò ad implendum impossibilia, quo ad perfectam obdientiam, quam lex requirit <sup>c)</sup>.

c) Act. 15, 10.  
Rom. 8, 7.

III. Concedimus etiam adversarijs, opera Dei per se esse perfecta, immò perfectissima, & ita opus Spiritus sancti per se, respectu suipius, esse perfectum, sed illud perfectum opus nostra carnis pravitas ac malitia retrectando imperfectum reddit, ac illa malitia ac repugnatio in omnes homines transfusa ac propagata est, ex quo sequitur nullius hominis obdientiam, immò ne quidem renatorum esse perfectam.

IV. Addunt insuper adversarij ad comprobandum hanc suam sententiam, autoritatem Augustini, affirmantis, obdientiam renatorum esse perfectam, pro statu viatoris, ubi inquit: Nos posse dicere perfectum viatorem esse, cuius bene promovetur accessio, quamvis non perficiatur intentio, nisi facta fuerit per ventio.

V. Quo verò Augustinum ab adversarijs vindicemus, status controversiae nobis proponendus est, qui talis: An perfecta impletione legi divina plenè & cumulate satisfacere renati possint, ut lex divina nihil habeat, quod in illis bonis renatorum operibus consumare ac damnare possit, si Deus in judicium promoveret?

dientiam & applicationem meriti Christi, pro statu viatorū nos per-  
venire ad perfectionem, non verò absolute nostris viribus & bonis  
operibus.

VIII. Hunc etiam verum ac proprium sensum Augustini esse, pro-  
pria ipsius explicatio prodit, ubi in eodem libro inquit: *Virtus, que  
nunc est in homine justo, hactenus perfecta nominatur, ut ad ejus  
perfectionem pertineat etiam ipsius imperfectionis & in veritate a-  
gnitio, & in humilitate confessio.* Tunc enim secundum hanc insi-  
nitatem, pro suo modulo perfecta est ista parva justitia, quando et-  
iam quid sibi desit, intelligit, ita *Apostolus se perfectum & imper-  
fectum dicit.*

### CAPUT TERTIUM.

#### De promissionibus Legis & Evangelij.

##### Primus Error.

Evangelium non est nuda & absoluta vitæ æternæ  
promissio, sine conditione observatæ legis & mandato-  
rum Dei.

### REFUTATIO.

is legis & Evangelij, Papicolis & Iesuitis  
qua tetricorum errorum tractatio

**IV.** Evangelij verò promissiones gratuita sunt & universales, non  
respingentes nostra merita. Non enim Evangelium nostram perfectio-  
nem, nostraz bona opera, sed tantum meritum Christi respicit, & cir-  
ca bona, que nobis per Christum parta sunt, ut sunt: justitia coram  
Deo & vita aeterna, occupata es.

Ioh. 3,16.

Rom. 1,16.

c. 3,24.

c. 4, 16.

Act. 4, 12.

c. 10, 43.

Eph. 2, 8.

**V.** Sed inferunt adversarij, Evangelium quoq; agere de peccato,  
de lege & paenitentia: Ad hoc illis respondemus 1. Hoc verum esse de  
Evangelio revixus sumpto, pro novo testamento. 2. Evangelium & le-  
gem quidem circa peccata versari, sed diversimode: lex enim ostendit,  
accusat, impunit, ac damnat peccatum: Evangelium vero remittit, Ioh. 1, 29.  
rexit, non imputat peccatum, quia monstrat agnum Dei tollentem & 36.  
peccata mundi.

**VI.** Agit quoq; de lege Evangelium, explicando nimirum illam,  
non vero pricipiendo. Certum enim es & manifestum, Evangelium  
tradere & commonstrare alias explicationes legi, quas ex solo Mo-  
se non possumus facile & evidenter colligere, quod Lutherus etiam at-  
testatur quando inquit: Quod autem praeceps in Evangelio repe-  
riuntur, ista non sunt Evangelica, sed expositiones legi & conendi-  
tes Evangelij: Sed tamen ita ut propriam  
promissio gratia Dei - remissionis  
terne.

habentiaq; promissionem salutis & vita eterna, tradat, quam vero  
haec illorum nullius momenti sit distinctio, superius demonstra-  
vimus.

II. Opponimus itaq; illis, primò evidentissima SS. scriptura testi-  
monia. Act. 13. v. 38. Act. 15. v. 10. Rom. 4. v. 13. Gal. 2. v. 16.  
cap. 3. v. 10. item v. 21. &c. qua abunde testantur justitiam & vi-  
ta] Ioh. 1. 20. tam eternam nobis, non ex lege sed ex merito Christi obtinere.

Rom. 5. v. 9. III. Deinde confundunt adversarij, causam meritoriam nostra sa-  
18. 19. latus: Si enim ex lege nobis justitia & vita eterna promanaret, Chri-  
Act. 4. v. 12. sti descendens de calis, assumptio nostra carnis, passio & mors, vana &  
Rom. 3. v. 24. c. 12. v. 4. irrita essent, quod esset blasphemum in filium Dei, ejusq; & brev suffi-  
1. Cor. 1. 30. cientissimum. Christus enim sola sua justitia comparavit nobis justi-  
2. Cor. 2. tiam, coram patre suo in calis, & per illum accepimus benedictionem  
v. 5. 15. Collos. 1. & vitam eternam. a]

v. 20. b] Ioh. 1. 12. IV. Instrumentalem quoq; salutis nostra causam prorsus tollunt &  
3. v. 16. 36. fidem nostram inanem faciunt, ascribendo causam justitiae nostra, vita  
c. 6. v. 40. & v. 46. ac salutis legi, qua fidei propria est. b]

Act. 10. v. 13. V. Tunc rite formalem causam nostra justificationis, adversarij pro-  
Gen. 15. v. 6. tes illam proprijs viribus & meritis: homi-  
na nra regula. Et illam impletionem  
justum



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn756803322/phys\\_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756803322/phys_0019)





CAPUT SECUNDUM  
De impletione legis.

Primus Error:

Non tantum homo in hac vita lege  
sed etiam plura opera quam lex requiri

REFUTATIO

I. Fassam imò quam falsorum simam hanc è regendorum plus prestare posse quam lex requirat ) esse, vel a locorum in suis epistolis satis abunde testatur, qu legem in homine, prorsus sublatam ac deleram a


ii. 12. c. 7. v. 15. 23. c. 8. v. 3. 7. Gall. 3. v. 10

II. Cum igitur perfectam obedientiam hom proprijs viribus legi prestare non possit, propter in homine prorsus labefactatas ac imminutas, n stare, quam lex requirit, poterit. Sed ut in alijs & perversam iudicium adversariorum merit stamur.

III. Ad stabilendum verò hunc suum error alia, hec quoque subsequentia S. S. scripture dicta habent: Si que præterea super ergaveris ego cibi. Item: Adimpleo ea, qua desunt passionum pro corpore ejus, quod es Ecclesia. Item: quo supererogationis efficiant, ex dicto illo: si vis, vende omnia qua habes, & da pauperibus, & celo.

IV. Quod verò primum adversariorum prop errorem protegere conantur, attinet, ex scopis etum esse communis rabimus. 1. Christus enim in Samarijani amplificat. 2. loquitur de operibus in quis ratione officij non obligatur, non verò de op que nulla sunt. 3. Quò etiam Christus suam m licet nihil supererogare posse) apertius declar ar

B



the scale towards document

poteſt,  
are.

um (nos  
, paſim  
plendi  
s. v. 10.

ipia, ac  
i legem,  
ura pra  
uentiam  
- dente-

rij inter  
culo ad  
reddam Luc. 10, 35.  
ne mea, 1. Cor. 1, 24.  
ite opus  
vade &  
urum in Matth. 19.  
v. 21.

eo suum  
constru  
ritatem  
ad que,  
is fidei,  
in vide  
o condi  
tionali-